69

M. Egidio Serio Francoforti. Pax Christi

Nr. 100]

Quam triste spectaculum est istius Ecclesiæ dispersio, quæ multis iam annis tribu=
tionum sanctos cœtus habuit doctrinæ morumque consensu arctissime coniunctos. Quæ
miseria est te id ætatis non posse sedem stabilem sortiri in ea urbe quæ solet esse uni=
cum profligatorum fratrum perfugium? Equidem et tuo Venerande frater et istius
Ecclesiæ nomine non levem animo dolorem sentio tam tristem exitum discordiæ per=
tinacis mecum deplorans. Sed quoniam hoc quoddam commune rerum bonarum fatum
est, ut ipsæ percellant potius quam in aliquo gradu fœlicitatis diuturnæ consistat,
querelas quarum nobis maximus in vita usus est gravioribus etiam casibus reservemus.
Non dubito quin Vesaliæ satis commode salva religione esse possis. Nicolaus
ille vir bonus est et mihi notus, qui si te quoque nosset et pietatem tuam ultro puta=
ret accersendum quem ut admittat cunctari videtur. Maluissem nostra potissimum
causa ita se res tuæ dedissent, et nostra sic constituta essent ut te socium habere bono=
rum et malorum, tuo consilio uti, tuisque sermonibus frui possemus. Certe si id ne
potest, ex meo animo commoraberis apud nos ad tempus, donec nostræ confusionis sati=
etate, ad Vesaliensis Ecclesiæ mediocrem εὐταξίαν evocaris. Interea et tui
fruendi nobis potestas dabitur, et tua te integritas, atque eruditio doctis, bonisque qui
Vesaliæ sunt fratribus, commendabit. Nos omni studio et contentione, levare ex=
ilii vestri molestias conabimur, et quocunque poterimus officio, tua viscera refocillabi=
mus. Vale. Miror Hardum non venisse, nec eius ullam in tuis fieri menti=
onem, puer adhuc valet, et bene rem gerit. De commentariis in Ezechielem securus es=
to, nuper exiguum quiddam eiusmodi nactus, quod quum auxilii deest, domestica indus=
tria farcire contendo. Quod nostris votis te commendas, amo te, sic enim torpo=
rem excutis, incendisque ad vehementius invocandum, cum intelligam quæ te nunc ur=
get necessitas, eandem a me minime alienam esse, non tamen obliviscar tui, nisi
prius mei ceperim esse immemor. Te serio Abrahæ, Jacobi, Israelitarum, et ve=
teris Ecclesiæ exilia cogitantem: non ~~nimis~~ calamitatibus commoveri. Spiritus Je=
su Christi, nequaquam ignorantis Ecclesiæ suæ pericula, tuæ coniugi lectissimæ, et carissi=
mis liberis, adversus omnes incommoditates pectus et robur sufficiat, tibique et consulen=
do et consolando paracletus assiduus assistat. Amen. Salutem precor uxori et
familiæ tum etiam fratribus, quos istic novi. Iterum vale. Scripsi inter negocio=
rum quasi citato cursu. nec potui aliter. Duisburgi Idibus Julii. [1561]

Margin notes: [= Hsr. a. 12: Nr. 20] — ceteris — meque ultra modum sibi ratum — respondendo.

Pax Christi. Dn. Herberto a Langen Bremæ.

Nr. 101]

Verissime Plato dixit, Vir humanissime rem sacram consilium esse. Quotidie enim
experior in meæ mentis tenui caligine, nihil difficilius quam diu multumque delibera=
do rerum quid sit in posterum iudicare, nullaque re magis meum animum destitui, quam utilis
consilii expromptæ inventione. Proinde hac in parte distractio nostri me læsit potissi=
mum. quod ne per epistolam quidem nunc datur ad te confugere in rebus dubiis et
(quæ mihi semper defuit) excussam rerum gerendarum rationem ex mutua collatione

Margin note: [= Hsr. a. 12: Nr. 21]

com=

comparare. Quod si huius vnius inopiae sensus meum animum anxit, hac certe
me torquet grauissime. id vt tua prudentia intelligat nisi molestum sit velim
quam breuissime referre. Corneliae cognata cui ego Brema huc adductae ma-
ritum bonis sane auspicijs iunxeram imo Deus iunxerat. Forte post ali-
quot menses natus est foetus. Baptisandi ratio neque papistica hic est neque
omnino pura. Vtendum enim est eadem aqua cum Pastore Papistico qui
(vt scis) sale chrismate et multis precatis ineptis consecrat aquam. Caetera me-
diocriter se habent. Haec ratio tamen cum non placeret Corneliae marito neque
ego eius in hac re scrupulo aduersari vellem extrahitur pueruli Baptismus in 5
aut 6 diem. Magistratus ea mora offensus instigante populo qui non con-
sueuit peregrinis aequior esse quam hostibus, edixit vt baptizaret aut cum vxore pue-
ro se alio transferret. Quid faceret? Clamabant omnes Anabaptistam esse tam
eum quam omnes quorum consilio vteretur, reclamante conscientia non audebat
baptisare et nos quia videbamus agi contra eum pertinaciter idque per eos qui non
ignari olim fuerunt rerum meliorum. quoniam liber erat satisque tenuiter hic viuebat
fuimus ei in hac re adiutores vt in vicinum pagum vbi Sacramentorum administratio
purior est infantem baptisandum transferret. Dictum ac factum denunciatum est ei
exilium. Peropportune autem eius Pater ad eum scripserat si se Lutetiam conferre
vellet paratum se in biennium sumptus liberaliter suppeditare domi puerulo. in Gallia
nurui et filio. id ille hinc eiectus arripuit et chirurgus cum fuerit hactenus, ad
medicam artem animum adiunxit. Itaque illi in exilijs infoelicibus satis benigne Deus
prospexit. At mihi interea singulari beneficio Dei (vt olim considere audito
nuptijs nostris iusseras) intumescere Doris vterus coepit. Atque hic ei quam mi-
nus puella videbatur sextus ni fallor aut septimus est mensis. Maxime porro
me Dei prouidentia delectat qui non aspernatus maritum non admodum stre-
nuum sanctificauit foecunditate nuptias posteriores meliores. Sed interim non
sine angustijs haec nobis foelicitas venit. nam quid agam? qui cognato ne his
pollutis ritibus vteretur hortator fui, qui possim ijs ipse vti. Itaque si non vtor,
iam pedum visa est via. eodem quo ille Magistratuum edicto iubebor puerperam
transferre. minus de hac incommoditate laboro quam quod communicata fratres qui
sunt Emdae et Francofurti rescripserint de re non satis idonea turbatum a nobis
esse. Itaque magnum mihi suscepit problema vtrumcunque fecero. Si aedifico quae
destruxi clamabunt me mei solatij causa consilium vertisse. si rem ex ista video vi
debere ἀδιαφόρων κοινωνία mea me vocatione excussisse. Ita me Deus adiu-
uet vt me sentio difficili quadam aestione impeditum esse. Tu si quid precando
apud Dominum, scio te veteris amici necessitate commoueri. Quales hic sint ri-
tus iam non refert scribere, minus enim nos eorum papistica impuritas offenderat
quam quod repente infestis animis quidam non indocti vociferari coeperunt quae
adiecerunt Pontificij ad institutionem Domini, bona esse ea, minimeque reijcienda.
Neque iam id ago vt huius rei iudicium quaeram. tantum obnixe peto quoniam meis
miserijs fideliorem consiliarium habeo. vt si consilio non possis expedire saltem leua-
re hoc malum contendas. Nempe quam vtrinque grauiter vrgear in vtram par-

tem

tem satius putes me ferri ut minus peccem in Dei Ecclesiarum vindicem et suae ve-
ritatis assertorem. Dum has paro dedit ad me literas D. Gellius Faber Emdensis 58.
Ecclesiae minister venerandus argumenta mea erudite refellens et graviter imprudenter tu-
multuantem, qua sane commonefactio magna mihi beneficentia Deo est, et quia consentit
cum Judicijs Ecclesiarum subjicio me prudentioribus et acquiesco. Duisburgi 18 Augusti
1561

Johannes Molanus

Pax Christi

Nr. 102)

D. Gelli venerande frater, amavit me pia memoriae Pastor D. Atoma-
nus Brassius et me cum Emdam forte venissem benigne complexus etiam in socie-
tatem Ecclesiae vestrae recepit. Hoc fretus sumpsi audaciam interpellandi res serias a-
gentem cum fiducia impetrandi id quod iustum est, ut ne ignoto quidem negari pos- ita
sit. Credo tibi non esse inauditum quo loco sint hic res nostrae. Inter alios motus il- [= Archiv a. 12:
lud accidit nobis. Cuidam meo affini ~~[illegible]~~ [persuaserat] uxor hortati sunt aliqui ex fratribus Nr. 22]
quibus ego quoque accessi, ne in baptisando aqua papistica uteretur. Indignum scilicet ar-
bitrati ~~[illegible]~~ quum S. Coena distincta sit non distingui et baptismum. Ritus quidem
satis sunt integri iuxta formam a Bucero traditam. Unum offendebat quod quum
in uno templo duo sint Pastores alter utcunque Evangelicus: alter Papisticus com-
muni Baptismo et eadem consecrata (ut vocant) aqua utantur ambo. Cum ergo
modeste tentassemus animare ministrum coetus nostri, ut aquam puram adhiberet, ille im- aquam
prudens rem ad Senatum detulit, mox denuntiatum nihil mali esse in ipsa aqua
qui nollet hac suum infantem tingere, exiret urbe. breviter, meus affinis non tinxit,
exiit. Dum haec aguntur dedi literas et isthuc et Francfortam petendi consilij cau-
sa. Utrinque graviter responsum est de re non ita necessaria nos tumultuatos esse, nemo
est quem magis iuvet illud Apostoli ἡσυχάζειν καὶ τὰ ἴδια πράττειν, neque
scio dum cavemus ne quid tangamus immundi: quomodo moverimus aliquid quod ab
Ecclesijs Christi sit alienum. Equidem iudicio duarum Ecclesiarum libenter subjicior
neque factum defendo, neque dubito quin sit factum a nobis imprudenter. Sed qui
mecum urgebant affinem idem etiam nunc me urgent (quoniam Domino
benignius aspirante propediem uxor paritura est) ne premam exulem contrario exemplo
Vides in quas angustias impulsus sim, nam si his utar quae ante non probavi videbor
exilij metu (quod iam nunc intentant) bonam causam deseruisse, si mihi constem et pue-
rum (ut ille fecerat) alio baptisandum portem, non satis digna de causa me ipse mea
vocatione exutiam. Et gravem infamiam Schola dissipata quae sua satis spon-
te labascit in meum caput derivabo. Ut si me intelliges anguste constringi, obtestor
mi frater ut re cum 2 aut 3 fratribus collata praescribas breviter utro mihi potius
inclinandum putes: ut agnito errore levitatis probrum perferam. an ut persistens affinis
mei exitum expectem. alterutrum enim est omnino in me recipiendum. nisi Deus a-
Deo